dictas Advocatias non amoturos, neque amovendi et alienandi cuiquam potestatem daturos. Sed salvum et integrum Jus suum aevitatis temporibus conservaturos. Prout tentes insuper si quis super eandem Advocatiam Privilegium quodpiam a Nobis impetraverit et ex Cancellaria Nostra expedierit, aut illegitima Cessione eandem occupaverit, ejusmodi Privilegium Cessionemque irritam ac inventi et obloquentias Juvium ejusdem Civitatis contrarium, profuturi Privilegio Nostro cassamus et annihilamus, Secus agentibus Vadium Fiscus Regale interponere. In cujus rei fidem praesentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Leopoli Die XXX Mensis 8bris Anno Dni MDCXCVIII. Regni vero Nostri 44 Anno. Augustus Rex L.S. M.P. Donatio Advocatiae in Capitanieatu Petricoviensi in reparationem magnorum vigore Constitutionis Civitati Petricoviensi post obitum

Penevosi

Jenerosh Dzierzanowski Notarius Cesky
Petricov — Venceslaus Franciscus Trzeš-
tik Pincerna Revev. S. M. R. Secretarius
mpps

Zgodności powyższego od-
pisu, z oryginalnym Przy-
wilejem, na pargaminie pi-
sanym i pieczęcią wielką
koronną wyciśnioną od
dołu w środku stwierdzo-
nym; poświadczenie:
Kaźwiadectwo.
w Petrokowie dnia 12/24 Marca 1877 roku.

Archiwarjusz Aktu dawnego
Gubernij Petrokowskiej
w Petrokowie.
Erazm Ratysław Goldmanz

Rkp. 5012 ñ

Vero St. St. 72.

Wypis ten nastuje do przywatnego wzyesu

1746.
1727.
1726.
1677.
1632.

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolenscaeque etc. etc. etc. —

Severiae

Significamus Praesentibus Literis Nostris Quorum interest Universis et Singulis. Exhibitas Nobis esse Literas Pergamenas Manu Serenissimi Augusti III Regis Poloniae Subscriptas et Sigillo Majoris Cancellariae Regni communitas, Jura, Libertates et Privilegia Civitati Nostri Petriovien[sis] servientia in se continentes, Jamas, Salvas et Illaesas omnino per Inspectionem Nobis Exhibitas. Supplicatum Nobis est ut eadem Literas Authoritate Nostra Regia approbare et confirmare dignaremur. Quarum quidem Literarum tenor de verbo ad verbum sequitur, est talis.

Augustus III Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Smolenscaeque, Severiae,

Chernichow

Cæsareæ Regiæque Majestatis Regnorum Hæreditariorum Dux Saxoniæ et Princeps Elector. ———

Significamus præsentibus Literis Nostris Quorum interest universis et singulis productas esse coram Nobis binas Literas pergamenas infrascriptas Serenissimorum olim Divæ memoriæ Joannis Tertij et Augusti Secundi Parentis Nostri desideratissimi Regum Prædecessorum nostrorum, manibus eorum subscriptas, Sigillisq; Cancellariæ Regni in cera rubra expressis et appensis communitas, sanas, salvas et illæsas, omnique suspitionis nota carentes. Primum Privilegium Serenissimi Joannis Tertii Regis. Datum Varsaviæ in Comitijs Regni Generalibus Die XV. Mensis Februarij Anno Domini MDCLXXVII. 1677

collatum continens in se Generalem Confirmationem omnium et singulorum Jurium et Privilegiorum Immunitatum Prærogativarum ac Libertatum Civitati Nostræ Petricoviensi serviens a Serenissimis Prædecessoribus Nostris

Nostris Vladislao IV. et Michaele
Regibus Polonicis benignoter eidem Civitati
et Petricoviensi collatarum. Cujus quidem
Privilegij prima est qui sequitur tenor talis.
In nomine Domini Amen. Ad perpetuam
rei memoriam. Eadem est suprema
atq; consummata Regum Invictissimorum
et Potentissimorum Principum Felicitas cum
Regna et eorum Imperia amplissimis Pro-
vincijs. Provinciae, insulaeq; Urbibus quae-
dam stabilissimis muniantur Legibus, et
Immunitatum atq; Privilegiorum conde-
coretur Praerogativis, ita; ut ea ipsarum
Majestatibus eorum maturescant in Mes-
sem. Proinde Nos Joannes III. Dei gra-
tia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae,
Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Li-
voniae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae,
Livoniae, Smolenscae, Severiae, Czerniechoi-
viae, Notum testatum facimus. Quo-
modo omnem curam Regum et Sol-
licitudinem Nostram paternam in id potissimum
intentam esse cupimus ut hoc Indytum
Regnum

Regnum Poloniæ Provinciasq; eidem annexas
non modo in sua conservetur integritate verum
etiam amplissimarum Provinciarum et Urbium
pulcherrimarum decora fore ampliari valeat
Legumq; ac Immunitatum gratiarum Praerogativ
adauctum firmissimum perennet et Fortunae
rem floreat decore. Quas quidem Leges Immu
nitates ac Libertates gratias, tum et Privile
giorum Praerogativas eidem Regno Provinciisq;
annexis, necnon Urbibus, Civitatibus, Oppidis
et Castellis in hocce Regno reperientibus tam
to amplioribus ed innata Clementia Nostra
Gratiarum Nostrarum Regiarum ampliare
desideramus favoribus, quanto lucidiori lebo
et candidiori circa felicem Inauguration
et Coronationem Nostrem Fide Nostra regia
Jus as robur inviolabilis firmitatis et fir
missimas perennitatis eisdem addidimus.
Cum vero pro et ad parte Civitatis Nostrae
Petricoviensis, nonnulli dictae Civitatis
Incolarum supplices libelli verum etiam
Consiliariorum Nostrorum Latori Nostro ad
~~ducentium~~ adhaerentium ad praesentiarum
Comitia

Comitia Generalia Regni congregatorum ut
dextissime intervenerint preces, quatenus ejus-
dem Civitatis Nostræ olim dilectorum Antece-
sorum Nostrorum Regum Polonicæ, Regis
sedis, nunc vero Judicialium Tribunalitia-
rum Regni majoris Polonicæ Metropolis,
Jura, Privilegia, Libertates ac Prærogati-
vas gratiose non modo Gratia nostra Regia
firmare, verum etiam propensionis nostræ
favoribus accumulare et ampliare non dedi-
gnaremur. Quod et dicta Civitas felicem Coronæ
tionem observata consueta jure jurando
solemnitate præstitimus ritu consimus ut
eidem Civitati de Nobis et tota Republica
in gratiosis occasionibus benemeritæ
et intaminatam fidem erga Majestatem
Nostram Regiam præferenti specialem
nostram contestari valeamus. Gratiam
dictorum Consiliariorum Nostrorum
supplicationibus annuendum esse du-
ximus, et præsentibus Literis Nostris anno-
imus, dictæ Civitatis Nostræ Petricovien-
sis omnia et singula Jura Privilegia Im-
munitat

munitates Praerogativas quasvis a Divis
Praedecessoribus Nostris Regibus Poloniae
eidem Civitati Petricoviensi quovis modo
et titulo benigne collatas, nominatim vero
Privilegium Serenissimorum olim Mae-
diolan IV. super Advocatium eidem Civi-
tati adjacentem de Data Cracoviae in Conven-
tione Generali Felicis Coronationis illius Di
IX. Mensis Maij in Anno Domini MDLXX
1633. XIII. benigne collatum et per Legem publicam
approbatum, omnem illius abusum quid
intervenit tollendo novissime vero Mi-
choëlis Regis super Magistratum prospec-
um ex mente Decreti Feria sexta in Cra-
stino Festi Conceptionis Deiparae Semper
Virginis Mariae, inter Famatum Chris-
phorum Reich atq Christophorum De
riakubowicz Actores ab una et Joan-
nem Sieszkowicz Abusivum Proconsu-
lem in Judiciis Assessorialibus Anno Do-
1672. mini MDCLXXII prolati, tum et super
Ordinationem Portas Nostras Regias
in eadem Civitate adsidendas, benigne
collatas

collatam et alia quaevis eidem Civitati et communi Regni publico servientia, in omnibus eorum punctis, clausulis, periodis et Articulis confirmamus, ratificamus, perpetuumque illis vigorem, vim ac robur attribuimus, omnes eorum abusus qui per calamitatem temporum aut hominum pravitatem irrepserunt tollentes et abrogantes, quinimo dictam Civitatem Nostram Petricoviensem aliis Civitatibus Regni Dominorum Nostrorum adaequare cupientes omnium Jurium Praerogativorum Immunitatum ac Libertatum quarumvis, quibus eaedem Civitates Nostrae ex antiqua Lege Consuetudine et More gaudent et utuntur, partiespem et capacem reddimus, ita ut defectum Jurium, Praerogativarum Juarum, tum et Immunitatum et Libertatum quarumvis ex plenitudine Pactorum Regiarum Civitatibus Regni Nostri a Serenissimis Ducibus et Regibus Polonis ac Electoribus Regni supplere possit et valeat Literarum praesentium Vigore. In cujus rei fidem [illegible]

Jem

1677.

Jentes manu nostra subscriptas, Sigillo
Regni communiri jussimus. Datum Varsa-
viæ in Comitiis Regni Generalibus Die XV.
Mensis Februarij Anno Domini MDCLXXVII.
Regni Vestri III. Anno. Joannes Rex.
Joan. Stanisl. Kotwicki Abbas Sloensis In-
fulatus Olim Cancellarius Reni. Alterius
Privilegium Serenissimi olim Divæ memo-
riæ Augusti Secundi Regis Parentis
Nostri desideratissimi de Data Varsaviæ
Die XIV. Mensis Februarij Anno Domini
MDCCXXVI. eidem Civitati Nostræ Petri-
coviensi collatum. Continens in se Con-
stitutionem seu Ordinationem prospectus
Magistratus in Civitate Petricoviensi
cum Commissione Electionis ejusdem per
agendæ et in futurum Ordinationis faciendæ
de tenore talis: Augustus II Dei
Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Maso-
viæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ,
Podoliæ, Podlachiæ Livoniæ Smo-
lensciæ Severiæ Czernichoviæque rex

non

non Hæreditarius Dux Saxoniæ
et Princeps Elector, Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Dum crebras demalo Regimine Civitatis Nostræ Petricoviensis propter temporaneum annatim mutabilem Magistratum percepimus Relationes, id circo ad meliorem ordinem eandem Civitatem reducere cupientes intuendo Decretum Serenissimi Divæ memoriæ Michaëlis Regis Prædecessoris Nostri Feria Sexta in Crastino Festi Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo probata. Quo Magistratum perpetuum itidem Petricoviæ instituì debere destinatum est: illudque Decretum ad executionem deducendo, de plenitudine potestatis Nostræ super Civitates nostras habitæ Statuimus et ordinamus praesentibus. Ut in eadem Civitate Nostra Petricoviensi ab hinc ut Magistratus perpetuus, ad quem effectum et Electionem ejusdem Magistratus Consularis, Scabinorum et

Vinos

Vicovium nunc adispiendo Commissarios
Nostros ut pote Venerabilem Aloysium Hu-
manski Ecclesiæ Cathedralis Culmensis Can-
cellarium Insignis Collegiatæ Varsaviensis
Canonicum Secretarium Nostrum Judicijq
Assessorem et Judicem Deputatum Tribuna-
lis Regni, atq Generosum Antonium Korybuth
Woroniecki itidem Judicem Deputatum Tribu-
nalis Regni assignamus illisq committimus
et mandamus, ut captato oppotuno tempore
avisatis moderuis Proconsule Consulibq
Advocato sive Vicesadvocato et Scabinis ac
Viris Totiq Communitate Petricoviensi
ad Tractorium vel alium locum, qui illis
commodior videbitur convocandis adibi-
demq Jurisdictione sua Commissoriali
fundata ac eodem Magistratu moderno, cum
et Scabinis totiq communitate ad præsen-
tiam sui accitatis, ed illa et illis Octo
Consules et Octo Scabinos ac Duodecem Vi-
ros quos aptiores et capaciores esse judica-
bunt semel pro semper eligant ac instituant
in casum alicujus eos Electis nunc morte
vel

Electionis hæc generalis faciendam et
Consules Scabinos et Viros Duodecem

vel resignatione decessus et vacantiæ, modum
Electionis Consulum ex Scabinis, Scabinorum
ex Duodecem Viris, Virorum ex communitate
eligendorum constituant et prescribant, ody dili-
genter observari incident. Ut Electio ejusmodi
non fiat per respectum consanguinitatis, vel
amicitiæ, sed propter honestatem et probitatem,
ac capacitatem, et non sint omnes vel plures
in Officio Consulari et sede Scabinali ac Duo-
decemvirata consanguinei et affines, aut
in loco Officij et sedis Scabinalis absq con-
sanguinitate et affinitate aliter locari non
possint, ut saltem minor pars consanguine-
orum ad Officium et Judicium Advocatiale et
Scabinale assumatur. Tempus Electionis
Pro Consulibus et Consulis ammotian per Sca-
binos et Duodecem Viros expediendæ assignent,
quem Vro Consulem Magnificus Palatinus
Lancicensis ut ad præsens Capitaneus Petri-
coviensis, sive Vice Capitaneus nunc et pro
tempore existens, aut alius ab eodem Capi-
taneo Petricoviensi deputatus et duobus Can-
didatis Consulibus a Scabinis et Duodecem Viris
Electis

Electis sibi praesentatis assumpti[m] confirmare
debebit, cuiusq; circa Ordinationem
hujus pertractus Magistratus officium Civi-
tatis, profiteri ejidem Commissariis Vestris
videbuntur, peragant in scriptum redigant.
Ita ea quae constituerint et ordinaverint,
observari mandent. In quorum fidem praesentes manu nostra
subscriptas. Sigillo Regni communiri jussimg.
Datum Varsaviae Die XIV. Mensis Februa-
rij. Anno Domini MDCCXXVI. Regni vero 1726.
Nostri XXIX. Anno. Augustus Rex.
Loco Sigilli majoris Cancellarius Regni.
Jacobus Stzykowski Secr. Reg. Mtis Secretar.
rij. usp. Cum itaq; vigore suprascriptae
Privilegii eidem Commissarii Sac. Reg. Mtis
ad Civitatem Nostram Petricoviensem con-
descenderent et in Praetorio ejusdem Civita-
tis, assistis omnibus ordinibus dictae Civi-
tatis, Jurisdictionem suam commissoriatem
funderent praemissa Divi numinis Invo-
catione ad Executionem ejusdem Commissionis
Sac. Reg. Mtis processerunt, et ad ordinem
primum

primum Magistratus juxta stalla assignaten
in Consules praefatae Civitatis adhibiterunt
omnimodaq in providendis idoneis ad manus
Consulatus subiectis pro teneritudine confesen-
tia fama diligentia juxta contenta praemis-
sae Commissionis Vivos acto ejusdem munere
et officij capaces feliciter elegerant. Ad Ordi-
nem Secundum Scabinatus itidem Octo Vivos.
Ad Tertium Ordinem scilicet Duodecem Vira-
tus. Vivos Duodecem elegerant, constituerant,
et ordinaverunt. Ac communitati universae
Civitatis hujus Petricovi enfis innumerverant,
et promulgaverant. Atq; ibq Juramentum
fidelitatis juxta Rotham usitatam in Jure
Magdeburgensi praescriptam exceperant,
loca Officiorum suorum capessere jusserant,
et promiserant. Eosq; esse in perpetuum seu
alias ad vitae tempora constitutos omnibq
Inhabitatoribus hujq Civitatis ad juramenta
Congregatis declaraverant, obedientiam et
reverentiam ejusdem a tota Communitate
praestandem praeceperant, constitutum. Alte-
rum hunc novum Magistratum Authoritate

Sua

sua Commissoriali a Sa Ra Mte illis conces-
sa adtributi erant, eiq; mandaverant, quatenus
potestate et Jurisdictione a Deo et Sa Ra Mte
sibi concessis non abutantur in Jure dicendo,
et adminis stranda Justitia solum Deum et
Justitiam ac Jus scriptum prae oculis habeant
ab omnibus respectibus humanis caveant a
privatis Passionibus et affectibus multo ma-
gis a Muneribus et corruptionibus, quae Ju-
stitiam vulnerant, Judicium q; objectant
abstineant Dei Judices qui Justicias homi-
num judicat, si volunt habere propitium Deum
non provocent, nec provocabunt. Orphanis,
Pupillis et Viduis, miserabilibus Personis
de medijs Justitiae prospiciant. A Judicijs
se absq; legali impedimento non absentent,
causas litigantium quam brevi Proces-
su fieri potest praecedentibus tamen
probationibus dijudicent. Appellationes
in causis appellationibus juste antiq; ad
praxim insistendo Privilegijs Serenissimo-
rum Regum ac Decretis anteriorib⁹ Com-
missorialibus hac in materia prolatis sum-

mam

nam Quingentarum Marcarum Polonicalium ex credentibus ad Judicia Sue Regie Matis a Judicijs suis interpositas admittant, et minime impediant. Ad Electionem Consulis Anno presenti ac exposterum sequentibus annis perpetuis temporibus peragendam praemissa Missa solemni de spiritu Sancto in Ecclesia Parochiali Petricoviensi Feriam Secundam post Dominicam Misericordiae horis matutinis immutabiliter designaverant et determinaverant. Quae quidem Electio eo qui sequitur modo fieri debebit. Post Missam solemnem de spiritu Sancto in Ecclesia Parochiali Petricoviensi celebratam omnes tres Ordines in tota Communitate assistere tenebuntur. Archicabinus cum Scabinis et Senioribus Duodecem Virorum cum suis Viris ad hoc cum Praetorii commode providendum et honeste pro eligentia Officiorum debite ordinandum descendant, ibidemque duos Candidatos ex bino Consulibus secretis suffragijs servata votorum pluralitate eligent. Qui tres electos per vota sua in Schedulis adunam porrigant, et eis bidem imponant. Archicabinus

vero

vero cum Senatore Duodecem Virorum in praesentia Scabinorum et Virorum easdem Schedulas seu Vota inscripto data reverendum et quid quid ex pluralitate Votorum apparuerit fideliter connotent pluralitatem Votorum considerent, et hos qui pluralitate votorum alios superabunt, duos Candidatos Illustri et Magnifico Capitaneo Petricoviensi tanquam Praechia Regali per duos e medio sui deputatos in notulo occluso praesentent, ex quibus taliter electis et praesentatis Candidatis et non alijs quibuscunq unum in Proconsulem Illris Magnificus Capitaneus pro tempore existens vel in absentia ipsius Illus Vice Capitaneus aut alius ad id potestatem habens, nominare confirmare, approbare et promulgare in Termino Electionis supra praefato et non alio tempore habebit facultatem. Quem quidem Illustrem et Illum Capitaneum et Officium Castrense Petricoviense, quatenus constitutum modo praemissa Magistratum manutenere protegere ac ab omni impeditione Robis tuna omnimodo defendere benigne dignetur authori-

tate

tate illis desuper concessa adhibita sunt. Jam vero Judex seu Advocatus dictus ex octo Consulibus per eosdem Consules more aliarum Civitatum praesertim vero Civitatis antiquae Varsaviensis in crastino Promulgationis et Confirmationis Pro Consulis eligatur, salvo moderno usq ad exemptionem ejusdem Advocatus Professore. Qui Advocatus in Magistratu Consulari primum post Consulem habebit locum. Post tres diebus sequentibus Electio Thesaurii Surati et aliorum Officialium qui desiderantur subsequi debebit, quorum Confirmatio ad Magistratum pertinebit. Interveniente vero alicujus ex Consulibus morte in locum ejus de medio Scabinorum ad Consulatum attenta ad hoc eo minus majori prae aliis in subjecto capacitate Consules assument, et in gremium sui Consulem eligent. Qui novissime electus et assumptus ultimum in Consulatu obtinebit locum. Scabini quoq itidem facta in Collegio suo Electione Duos Candidatos ex Duodecem Viris Magistratui Consulari praesentabunt. Magistratus autem unum ex duobus Candidatis in Scabinum servata pluralitate

litate Votorum suorum approbabit. Simili modo Duodecem Viri procedent, aty in Collegium unum Decem Viratus ut sit completum ex communitate seu Cechmagistris Contuberniorum duos pluralitate votorum suorum eligent, illosq; Magistratui Consulari presentabunt, et Magistratus Consularis unum ex electis candidatis duobus in Duodecem Viratum pluralitate votorum solum confirmabit, circa quas Electiones omnes tres Ordines hujus Civitatis magis idoneorum subjectorum sibi potest literatorum ac bonae fidei integraeq famae et Professionatorum ac Patriciorum rationem habebunt, prout praefatus Actus Commissorialis de data et Acta in Praetorio Civitatis Petricoviensis Sabbatho post Dominicam Invocavit Quadragesimalem praedimo, videlicet die Decima Sexta, Mensis Martij Anno Domini MDCCXXVII. Confirmatus fasius in se praemissa enarrat et obvoguatur. Supplicatumq Nobis est nomine et pro

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo Septimo die Sexta Mensis Martij Coram Spectabilibus et Prudentibus Dominis Augustino Secundino Regem Petricoviensem Dominis Consulibus Nec non Spectabilibus et Magnificis Dominis Adalberto Sartorio Regio Capitaneo Magnificis Dominis Stanislao Mlynarski Regio Notario Actorum Commissorialium Regiorum. De Data Dominus

1727

pro parte ejusdem Civitatis Nostrae
Petricoviensis ut praefatas binas Li-
teras, omnia et singula Jura Privi-
legia, Immunitates, Libertates ac Prae-
rogativas in ijdem Literis contentas,
tum Actum Commissionis, Electionem
que Constitutionem et Ordinationem
perpetui Magistratus Petricoviensis
Authoritate Nostra Regia appro-
bare, ratificare et innovare dignare-
mur. Cui supplicationi uti justae Nos
benigne annuentes subscripta Jura
omnia et singula, Privilegia,
Immunitates, Libertates ac Prae-
rogativas et Actum Commissionis,
Electionemque, Constitutionem et
Ordinationem perpetui Magistratus
Petricoviensis, in omnibus Punctis,
Clausulis et Articulis approbandum,
confirmandum et innovandum esse
judicamus. Ut quidem praesentibus
Literis Nostris, prout Juris est, appro-
bamus, confirmamus, ratificamus et
innova

innovamus. Cum vero ad Supplicatio
nem ejusdem Civitatis Nostræ Petrien
sis ad Nos humiliter fuerit, ex-
positum Nobis sit, quatiter in eadem
Civitate, saepius ob absentiam Advoca
ti Cives et Incolæ, dictæ Advocatialis
et Scabinalis ejusdem Civitatis Petrien
sis indies, civilibusque litis
Transactiones inter Cives et Incolas
efficiendas in tempore utiliter recognoscere
et peragere non valeant, et exinde
non modicum detrimentum patiantur.
Quapropter bono Publici dictæ Civi
tatis Nostræ Petrianensis subve
niendo, ex speciali Gratia Nostra Re
gia cupientes, ut in dicta Civitate
Nostra Petrianensi, omnibus Ci
vibus, Incolis et singulis tam intra
quam extra Civitatem prædictam
communem tabulis publicum commo
dum vigeat, celeriorque exitus non
tantum cum præfata Advoca
tiali et Scabinali, verum etiam
et

et ad Acta Officij Consularis dictæ Civ
Italiæ Petricorensis semper illis pateat Atque
mus et ordinamus. Utque Nobilis et Spectabi
bilis Præconsul Civitatis Nostræ Petricorensis,
is, nunc et pro tempore existens omnes
Inscriptiones, Venditiones, Emptiones,
Intromissiones, Resignationes, Donatio
nes, Adhæreditationes et his similes omnes
Translationes Civiles, Eorumque omnium
tam mobilium quam immobilium Actorum
Scripturam Civitatem Nostram Petricorensem
et ejusdem Districtum, ad Acta Officij Consularis
et non alibi Acta per eosdem Cives Incolas
et singulos recognoscendas et faciendas
Jus, juridictionem et præsidium Civitatis Nostræ
Antiquas Libertates et Privilegia et Advocatus
Petricorensis nunc existens et ejusdem Acta
rius modernus, ad quem Institutio et Officio
ejusdem pertinet, Fideles, seu alibi
ubi opus fuerit, Civitatis, juxta eorum consensum
et juramentum absentibus et non deputandi,
et eorum conferendi facultatem habeant, et hon
obstantibus perpetuis Reformationibus, decernimus

Vinay

Vimque et robur perpetuæ firmitatis habere
volumus. In cujus rei fidem præsentes manu
Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri
jussimus. Datum Varsaviæ die VIIImo Octo-
1716 bris. Anno Domini MDCCXVI. Regnique
Nostri XIV. Anno. Augustus Rex.

Confirmatio Generalis Fundum, Privilegio
rum, Actuum Donationis seu Electio
nis, Constitutionis et Ordinationis Ma
gistratus Petrikoviensis eidem Civitati
Petrikoviensi desuper. Locus Sigilli
Pensilis Majoris Cancellariæ Regni.
Casimirus Micorski Dominus Wyszogrod
Sac. Reg. Mtis Sigillifer Majoris Regni Secre
tarius mpp. Nos itaque Stanislaus
Augustus Rex. Supplicum Ejusdem
tenore etiam per præsentes literas
declaramus, Privilegia Statuta
Clausulas, Ligamentis, Nexibus et Condi
tionibus Authoritate Nostra Regia ap-
probandas, Confirmandas, Ratificandas
duximus, atque gratiose Pro Nobis de Jure valida
esse Cupimus, atque habetur Approbamus, Confirma
mus

mg et ratificamg Decern easdem vim
et robur debitas ac perpetuas firmitatis
obtinere debere. In cujus rei fidem Pra-
sentes manu Nostra subscriptas Sigillo
Regni communiri jussimg. Datum Varsa-
viae Die ___ Mensis ___ Anno Dni ___
___ Regni vero Nostri Anno ___

Confirmatio Insulis Juribus Privile-
giorum et Status Comitis seu Elec-
tionis et Ordinationis Magni
Status Petricovien eidem Ci-
vitati Petricoviensi Servens.

Łaskawość powyższego odpisu, z oryginalnym przywilejem, na dwu wielkich arkuszach pergaminowych pisanym, z datą roku i podpisami i pieczęcią nieopatrzonymi, na sprawdzenie zaświadczam.

w Petrokowie dnia 14/26 marca 1876 r.

Archiwarjusz akt dawnych
Guberni Petrokowskiej
w Petrokowie.
Erazm Kazimierz Golikowski

Nro 40
72.

Wyświeten dla użycia na do przywatnego użycia

1746.
1726.
1677.
1633.

Augustus III. DEI GRATIA Rex Polo
niæ Magnus Dux Lithuaniæ Rus
siæ Prussiæ Masoviæ, Samogitiæ
Kyoviæ. Volhyniæ, Podoliæ Po
dlachiæ Livoniæ, Smolensciæ
Severiæ, Czerniechoviæq; necnon
Hæreditarius Dux Saxoniæ
et Princeps Elector.

Significamus praesentibus Literis Nostris
Quorum interest Universis et Singulis Productas
esse coram Nobis binas Literas Pargameneas
insascriptas Serenissimorum Olim Ducis Memo
riæ Joannis Tertij et Augusti Secundi
Parentis Nostri desideratissimi Regum Praedecesso
rem Nostrorum Manibus eorum Subscriptas Si
gillisq; Cancelariæ Regni in Cera rubra exprès
sis et appensis communitas Omnes salvas et il
læsas, omniq; suspitionis nota carentes. Primo
Privilegium Primi Joannis Tertii Regis, de
Data Varsaviæ, in Comitiis Regni Generalibus
Die XV. Mensis Februarij Anno Domini MDCLXX
VII. collatum continens in se Generalem Confirma
tionem Omnium et Singulorum Jurium et Pri
vile

vilegiorum Immunitatum Praerogativarum ac
Libertatum Civitati Nostrae Petricoviensi colla-
torum. Cuius quidem Privilegij primi est qui sequi-
tur Tenor talis. In nomine Domini Amen.
Ad Perpetuam Rei Memoriam Ea demum est
Suprema atque consumata Regum Invic-
tissimorum et Potentissimorum Principum
Felicitas eum Regna et eorum Imperia Am-
plissimis Provinciis, Provinciasq populosis Urbi-
bus adiectas stabilissimis munimentis Legi-
bus, et Immunitatum atq Privilegiorum conde
corum Praerogativis stant et propterea Ma-
iestatibus eorum maturescant in Messem.
Proinde Nos Joannes III Dei Gratia Rex
Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae
Prussiae Masoviae Samogitiae Kijoviae.
Volhyniae Podoliae Podlachiae Livoniae
Smolenciae Severiae Czernichoviaeq
Notum testatumq facimus. Quomodo
omnem Curam Regium et Sollicitudinem
Nostram Paternam in id potissimum inten-
tam esse cupimus ut hoc Finitimum Regnum
Poloniae Provinciaeq eidem annexae non modo
in

in sua conservent integritate, verum etiam amplissimarum Provinciarum et urbium popularissimarum decora serie ampliare valeat. Legumque ac Immunitatum quarumvis praefiniis diu tum firmissimum perennet et Fortunarum florescat decore. Quas quidem Leges Immunitates ac Libertates quasvis, tum et Privilegiorum Praerogativas eidem Regno Provinciis, quae illi, necnon Urbibus Civitatibus Oppidis et Castellis in hoc Regno respicientibus tanto amplioribus eidem innata benevola Nostra Principum Nostrarum Regiarum ampliare desideramus favoribus, quanto hucusque zelo et candori circa felicem Inaugurationem et Coronationem Nostram Fide Nostra Fros, acrobar inviolabilis firmitatis, et firmissime perennitatis eisdem addidimus. Cum vero pro et ex parte Civitatis Nostrae Leodiensis, non modo dictae Civitatis Incolarum Supplices Libelli verum Nostrorum Consiliariorum Nostrorum Latere Nostro adhaerentium de praesentia Comitia Generalia Regni congregatorum ardentissime interverterint preces, quatenus eiusdem Civitatis Nostrae

Lim

olim Divorum Antecessorum Nostrorum Regum Poloniae, Regiae Sedis, nunc vero Judiciorum Tribunalitiorum Regni Majoris Poloniae Metropolis, Jura Privilegia Libertates et Praerogativas quascunque non modo Gratia Nostra Regia firmare, verum etiam prosperioris Nostrae favoribus accumulare et ampliare non dedignaremur. Quod et si erga Felicem Nostri Coronationem observata consvetudine recurrendi solemnitate praestitimus nihilominus eidem Civitati de Nobis et tota Republica in quibuscunque occasionibus benemerita, et intemineatam fidem erga Majestatem Nostram Regiam praeferenti speciale Nostrum contestari valeamus Gratiam dictorum Constitutionum Nostrarum Suplicationibus annuendum esse duximus et praesentibus Literis Nostris annuimus, dictaque Civitatis Nostrae Petricoviensis omnia et singula Jura Privilegia Immunitates Praerogativas quascunque a Divis Praedecessoribus Nostris Regibus Poloniae eidem Civitati Petricoviensi quovismodo et titulo benigne

nigne collatas, nominatim vero Privilegium Serenissimorum olim Vladislai IV. super Advocatiam eidem Civitati adjacentem de Data Cracoviæ in Conventione Generali Felicis Coronationis illius Die 15 Mensis Maij in Anno Domini 1633. MDCXXXIII. benigne collatum & per Legem publicam approbatum, omnem illius abusum si quis intervenit tollendo, novissime vero Mandatis super Magistratum perfectum ex mente Decreti Feria Sexta in Crastino Festi Conceptionis Gloriosissimæ Virginis Mariæ inter Venerabilem Christophorum Reich alias Christophorum Deriakubowicz Actores ab una et Joannem Scieszkowicz, abusivum Procuratorem in Judicijs Assessorialibus Anno Domini MDCLXXII. provocatum et super Ordinationem Portæ Novæ Regiæ in eadem Civitate adspicientes benigne collatum et alia quæcunque eidem Civitati et communi illius publico servientia in omnibus eorum punctis clausulis periodis et Articulis confirmamus ratificamus perpetuumque illis vigorem virtutem et robur attribuimus. omnes eorum abusus qui per calamitatem tempor

tem/rorum aut hominum praevitatem irrepserunt
tollentes et abrogantes quinimo dictam Civitatem
Nostram Petricoviensem alijs Civitatibus Regni
Dominiorum Nostrorum adaequare cupientes,
omnium Jurium Praerogativarum Immunita-
tum ac Libertatum quarumvis quibus eadem
Civitates Nostras ex antiqua Lege Consvetudi-
ne et more gaudent, et utuntur, hactenus
et capaces reddimus, ita ut dejectum Jurium
Praerogativarum suarum tum et Immunitatum
et Libertatum quarumvis eadem identitudine Gratia
rum Regiarum Civitatibus Regni Nostri a
Serenissimis Ducibus et Regibus Polonicae Glo
riosissimis subsistere possit et valeat Literarum
praesentium vigore. In cujus rei fidem pra-
sentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Varsaviae in
Comitijs Regni Generalibus Die XV. Mensis
Februarij Anno Domini MDCLXXVII. Re-
gni Nostri III. Anno. Joannes Red. Joan.
Kamis: Kotwicki Abbas Plocensis Infulatus
Ols: Cancellarius Regni. Alterum Privilegium
Serenissimi olim Divae Memoriae Augusti
Secundi

1677.

Secundi Parentis Nostri desideratissimi de
Data Varsaviæ Die XV. Mensis Februarij Anno
1726. Domini MDCCXXVI. eidem Civitati Nostræ
Petricoviensi collatum, continens in se Constitu-
tionem seu Ordinationem perpetui Magistratus
in Civitate Petricoviensi cum Confessione Electio-
nis ejusdem peragendæ et in futurum Ordina-
tionis faciendæ de Tenore talj. Augustus Secun-
dus DEI GRATIA Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samo-
gitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ,
Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernichco-
viæque, necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ,
Princeps Elector. Significamus praesen-
tibus Literis Nostris quorum interest Universis
Singulis. Dum crebris de malo Regimine
Civitatis Nostræ Petricoviensis propter tempo-
raneum annuatim mutabilem Magistratum
percepimus Relationes, Idcirco ad melioren
Ordinem eandem Civitatem reducere cupientes,
inhærendo Decreto Serenissimi Divæ Memo-
riæ Michaëlis Regis Prædecessoris Nostri Feriæ
Sextæ in Crastino Festi Immaculatæ Concep-
tionis

ptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo primo, Quo
Magistratum perpetuum itidem Petricoviæ instituì
debere Destinatum est. Illud Decretum ad Executio-
nem deducendo, de plenitudine potestatis Vestræ,
super Civitates Nostras habitæ, Statuimus et Ordina-
mus præsentibus. Ut in eadem Civitate Nostra Pe-
tricoviensi ab hinc sit Magistratus Consulatus
Scabinorum et Vicecomitum, exhaviendum et con-
scribendum, Commissarios Vestros ut pote Vene-
rabilem Alogsium Humański Ecclesiæ Cathedra-
lis Cuiavensis Cancellarium Insignis Collegiatæ
Varsaviensis Canonicum Secretarium Nostrum
Judicij, Assessorem et Judicem Deputatum Tribu-
nalis Regni, atq. Dilectum Antonium Korzybski Kora-
itidem Judicem Deputatum Tribunalis Regni
associamus illis, committimus ac mandamus,
ut captato opportuno tempore avisatis maioribus
Provinciæ Consulibus, Advocato sive vicead-
vocato et Scabinis ac Vicecomitibus totaq. communitate Petri-
coviensi ad Prætorium, ad alium locum, qui illis
commodior videbitur convenientes, ibidem ex
Jurisdictione eorum Commissionali fundata ac eodem

Magistratu

perpetuum ad
quem effectum
et Electionem ejus
dem Magistratus
Wyraźnie odm
opuszczonych de-
pitum ze str. 1
Post

Magistratu moderno, tum et Scabinis totaq; Communitate ad praesentiam sui acclamatis, ex illa electis Octo Consules et Octo Scabinos ac Duodecem Viros quos aptiores et capaciores esse judicabunt semel pro semper eligant, ac in futurum in casu alicujus ex Electis num morte vel resignatione decessus et Vacans ejus modum Electionis ex Consulum ex Scabinis, Scabinorum ex Duodecem Viris, Virorum ex Communitate eligendorum constituant et praescribant. Atque diligenter observari mandent. Ut Electio ejusmodi non fiat per respectum Consanguinitatis vel amicitiae, sed propter honestatem et probitatem ac capacitatem, et non sint omnes vel plures in Officio Consulari et Sede Scabinali ac Duodecemvirata Consanguinei et affines, aut si loca Officii et Sedis Scabinalis absq; Consanguinitate et affinitate aliter locari non possunt, ut tandem minor pars Consanguineorum ad Officium et Judicium Advocatiale et Scabinale assumatur. Tempus q; Electionis Proconsulibus ex Consulibus annuatim per Scabinos et Duodecem Viros expediendas assignent, Item Proconsulem Magnificus Palatinus Lancelensis ut ad praesens Capitaneus Petro

covienſis, sive Vice Capitaneus nunc et pro tempore edistens. aut alius ab eodem Capitaneo Petricovensi Deputatus ex duobus Candidatis Consulibus ac Scabinis et Duodecem Viris Electis sibi praesentatis annuatim confirmare debebit, caeteraq; quae circa Ordinationem tutus prospectui Magistratus opportuna Civitatis prosequa ipsidem Commissarij Nostris videbuntur peragant in Scriptum redigent, ac ea quae constituerint et ordinaverint, observari mandent. Pro Gratia Nostra. In cujus rei Praesentes Manu Nostra subscriptas. Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die XIV. Mensis Februarij Anno Domini MDCCXXVI. Regni Nostri XXX. Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellariae Regni. Jacobus Stryikowski Sac. Reg. Mtis Secretarius mpp. Cum itaq; vigore supra scripti Privilegij Fidem Commissarij Sac. Reg. Mtis ac Civitatem Nostram Petricovensem contegrendo rent, et in Tractatio ejusdem Civitatis, servatis omnibus Ordinibus dictae Civitatis, Jurisdictionem suam Consistorialem fundarent, praemissa Divi Numinis Invocatione ad eorum

Honem

nem ejusdem Commissionis Suæ Regiæ Majestatis
processerant, et ad Ordinem primum Magistratuum
juxta stalla assignata in Consules praefatæ Civi-
tatis admissa deinde omnimodaque in providendis
idoneis ad Munus Consulatus subjectis protene-
ritudine Consentiaq suaq diligenter juxta con-
tenta praemissa Commissionis Viros Octo
ejusdem Muneris et Officij capaces selegerebe-
rant. Ad Ordinem secundum Scabinatus ite-
dem Viros Octo. Ad Tertium Ordinem scilicet Duo
decem Viratus, Viros Duodecem elegerant, con-
stituerant et ordinaverant, aq Communi cuncti-
versaq Civitatis hujus Petrivoriensis cui-
marerant et promulgaverant, a quibus Jura-
mentum fidelitatis juxta Rothamusitatam
in Jure Magdeburgensi praeseriptam excepe-
rant loca Officiorum suorum capiscere fe-
cerant et peruiserant. Eosq esse in perpetuum seu
alias ad vitaq tempora constitutos omnibus Ha-
bitatoribus hujus Civitatis ad praemissa congre-
gatis declaraverant, obedientiam et reverentiam
ejusdem a tota Communitate praestandam prae-
ceperant, constitutum autem hunc Novum Magi-

tum

tum Authoritate sua Commissorialia a Sa Ra Mte
illis concessa adhibitis erunt, exq; mandaverant,
quatenus potestate et Jurisdictione a DEO et Sa
Ra Mte sibi concessis non abutantur, in Jurisdic-
do, et administranda Justitia solum DEUM et
Justitiam ac Jus scriptum præoculis habeant
ab omnibus respectibus humanis caveant,
a privatis passionibus et affectibus multo
magis a Muneribus et corruptionibus quæ
Justitiam vulnerant Judicium q; obscurant
abstineant. DEUM Judicem qui Justitias ho-
minum judicat si volunt habere propitium
Lites non foveant, nec protrahant. Orphanis Pu-
pillis et Viduis miserabilibus Personis de medijs
Justitiæ prospiciant, a Judicijs se absq; legali
impedimento non absentent, Causas litigantium
quam brevi processu fieri potest præceden-
tibus tamen probationibus dirimant, Appel-
lationes in Causis Appellabilibus juxta anti-
quam praxim insistendo, Privilegijs Sere-
nissimorum Regum ac Decreto anteriorib⁹
Commissorialibus hac in materia prolatis
Summam Quingentarium Marcarum Polonicalem
excedere

excedentibus ad Judicia Sæ Rae Mtis a Judicijs suis
interpositas admittant, et minime impediant. Ad Electio-
nem Proconsulis Anno praesenti ac ex posteq̃uenti-
bus Annis perpetuis temporibus peragendam praemissa
Votiva Solemni de Spiritu Sancto in Ecclesia Parochiae
S. Petricoviensi Feriam secundam post Dominicam
Misericordiae horis matutinis immutabiliter dese-
gnaverant et determinaverant. Cuius quidem Electio-
ei qui sequitur modus fieri debebit. Post Missam cum
Solemnem de Spiritu Sancto in Ecclesia Parochiali
Petricoviensi celebratam ubi omnes Tres Ordines
cum Tota Communitate assistere tenebuntur.
Archiscabinus cum Scabinis et Senior Duodecem
Virorum cum suis viris ad locum Praetorij commode
providendum et honeste pro exigentia Officiorum
debite ordinandum descendant, ibidemq̃ duos
Candidatos ex Octo Consulibus secretis suffra-
gijs servata votorum pluralitate eligent, talite
electos per vota sua in Schedulis ad Urnam
porigent, et in ibidem imponant. Archiscabi-
nus vero cum Seniore Duodecem Virorum
in praesentia Scabinorum et Virorum eadem
Schedulas seu Vota in Scripto data revidebunt,
et

et quidquid ex pluralitate votorum asscripserit fideliter connotent, pluralitatemq; Votorum considerent, et hos qui pluralitate Votorum alios superabunt, duos Candidatos Illustri et Mfico Capitaneo Petricoviensi tanquam Brachio Regali per duos e medio sui deputatos in Rotulo occlusos præsentent, ex quibus talibi electis et præsentatis Candidatis et non ex alijs quibuscunq; unum in Prosulem Illris et Mfcus Capitaneus pro tempore existens vel in absentia ipsius Mficus Vicecapitaneus aut alius ad id potestatem habens nominare confirmare et promulgare in termino electionis supra præfixo et non alio tempore habebit facultatem. Quem quidem Illrem ac Magnificum Capitaneum et Officium Castrense Petricoviense quatenus constitutum, modo præmisso Magistratum manutenere protegere ac ab omni impeditione Nobilium omnimode defendere teneri dignetur Authoritate illis desuper concessa adhortati sunt Jam ver

Judex

Judex seu Advocatus dictus ex Octo Consulibus per eorum Consules more aliarum Civitatum praesertim vero Civitatis Antiquae Rusaviae in Ordinis promulgatione et confirmatione Per Consules eligatur, salvo modo voto exemptionem eiusdem Advocatiae Professore. Qui Advocatus in Magistratu Consulari primum post Per Consulem locum habebit. Postea diebus sequentibus Electo Thesaurario curato et aliorum Officialium ejus deservantur subsequi debebit, quorum Consilium ad Magistratum pertinebit. Interveniente vero alicuius ex Consulibus morte in locum ejus de medio Scabinorum ad Consulatum, attenta ad hoc Muras majoris praealijs in subiecto capacitate Condales assument, et in gremium sui Consulem eligent. Qui novus electus et assumptus ultimum in Consulatu obtinebit locum Scabini quique idem facta in Collegio suo Electione duos Candidatos ex Duodecem Viris Magistratui Consulari praesentabunt. Magistratus autem unum ex duobus Candidatis in Scabinum servata pluralitate votorum suorum approbabit. Simi-

liz

bi modo Duodecem Viri procedent, atq; in Collegium
suum Duodecem Virales utant completum ex com-
munitate seu Cechm agiatis Contubernior um
duos pluralitate votorum suorum eligent, illosq;
Magistratui Consulari praesentabunt, et Ma-
gistratus Consularis unum ex electis Candi-
datis duobus in Duodecem Viratum pluralitate
votorum suorum confirmabit, circa quas
Electiones omnes Tres Ordines huius Civi-
tatis Magis idoneorum subiectorum sibi fieri
potest literatorum ac bonae fidei integraeq;
famae, tum possessionatorum ac Patritio-
rum rationem habebunt. Prout praesentis
Actus Commissorialis de Data et Acta in
Praetorio Civitatis Petricoviensis Sabbatho
post Dominicam Invocavit Quadragesi-
malem praesens, videlicet Die Decima
Sexta Mensis Martij Anno Domini Mil-
lesimo Septingentesimo Vigesimo Sexto
promulgatus et expeditus, et per serenissi-
mum olim Divae Memoriae Augustum
Secundum Regem Parentem Nostrum desi-
deratissimum de Data Varsaviae Die XXVI.
Mensis

Mensis Aprilis Anno Domini MDCCXXVII.
confirmatas fusius in se praemissa enarrat
et obloquitur. Supplicatumq; Nobis et Nomine et pro parte ejusdem Civitatis Nostrae
Petricoviensis ut praefatas binas Literas,
omniaq et singula Jura Privilegia Immunitates Libertates et Praerogativas in
ijdem Literis contentas tum Actum Commissionis Electionemq Constitutionem et Ordinationem perpetui Magistratus Petricoviensis. Authoritate Nostra Regia approbare confirmare ratificare et innovare digna
remur. Cui Supplicationi uti justae Nos
benigne annuentes subscriptas Tenoremq
ac et Singula Privilegia Immunitates Libertates ac Praerogativas et Actum
Commissionis, Electionemq, Constitutionem
et Ordinationem perpetui Magistratus Petricoviensis in omnibus punctis clausulis
et Articulis approbandum confirmandum
ratificandum et innovandum esse duximus,
ut quidem praesentibus Literis Nostris prout
Juris est approbamus confirmamus ratifi-
camus

camus d'innovansus. Cum vero ad supplicationem
eiusdem Civitatis Nostræ Petricovien: ad Nos
humillime factam, expositum Nobis sit, qualiter
in eadem Civitate sæpius ob absentiam Advo-
cati Cives et Incolæ, Acta Advocatialia et Scabi-
nalia eiusdem Civitatis Petricovien: adire,
in ijdem Actis cognoscere et peragere non vale-
ant, et exinde non minus detrimentum patiantur
Qua propter bono Ordini dictæ Civitatis Nostræ
Petricovien: subveniendo, ex Specialis Gratia Nos-
tra Regia cupientes vt in hac Civitate Nostra
Regia Petricovien:, omnibus Civibus, Incolis,
et Singulis, tam intra, quam extra Civitatem præ-
dictam commanentibus publicum commodum
vigeat, celeriora actus non tantum ad præmissa
acta Advocatialia et Scabinalia, verum etiam
et ad acta Officij Consularis dictæ Civitatis
Petricovien: semper illis pateat, Statuimus et
Ordinamus, atque Nobilis et Spectabilis Pro Consul Ci-
vitatis Nostræ Petricovien: nunc et pro tempore
existens omnes Inscriptiones, Venditiones, Emptio-
nes, Intromissiones, Resignationes, Donationes,
Abrenuntiationes, et his dimiles Transactiones

Civiles

Civites, Bonorum omnium tam Mobilium quam Immobilium intra dictæ eandem Civitatem Nostram Petricoviensem existentium ad dicta Officij Consularis, et coram ijsdem, dictis per eosdem Cives, Incolas, et singulos recognoscendas et faciendas, inchoata usum et praxim Civitatis Nostræ asserjus Varsaviæ, ita prout et ubi vocatus Petricoviensis, audiendi et eos ijsdem dictis extrahendi, atque ad Juramenta Officiose peragenda Juris fideles, seu Scabinos dictæ Civitatis Nostræ praevio suo Consensu, et eam ab absentia revocati deputandi, et eas conferendi facultatem habeat, et habebit perpetuis temporibus decernimus, vimq; et robur debitæ et perpetuæ firmitatis habere volumus.

In cujus rei fidem praesentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die V. Mensis Octobris. Anno Domini MDCCXXVI. Regni vero Nostri XIV. Anno.

Augustus Rex. Confirmatio Generalis Jurium Privilegiorum et Actus Commissorialis seu Electionis, Constitutionis et Ordi-

nationis

nationis Magistratus Petricoviensis, eidem
Civitati Petricoviensi servienti
Locus Sigilli Casimirus Mlocki Dapifer Wyszogrodensis Sac Reg Mtis Sigilli Majoris Regni
Secretarius.
Cura et Sumptu proprio Nobilis Casimiri Kurowski Sac Reg Mtis Secretarij procuratum.
Varsaviae Die 12. 9bris Anno Dñi 1746.

Zgodność powyższego odpisu z
jego Oryginałem o. Przy wtejemn
na pargaminie pisanym, pieczęć
wielka koronna na laku czerwonym
wyciśniona, w puszce blaszanej
pomieszczona, i na Nazwie Kurmaky
wej zamieszczona, opatrzonym:
pospr[awdzeniu] zaświadczam.
w Petrokowie dnia 6/18 Marca 1879 roku

Archiwarjusz akt dawnych
Guberniji Petrokowskiej
w Petrokowie
Erazm Ryszard Golcman

RKP. 5015

Wypis do prywatnego wigstku

Nro. 54/72.

1750.
1748.
1726.
1679.

Actum in Castro Petricoviensi, Feria 2narta prædie Festi Sancti Pauli Primi Eremitæ. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo /:1750:/

Hoc loco inducatur Oblata Approbationis Privilegij a Serenissimo Rege Polonia[rum] Augusto Tertio superbocum Sepultura[rum] fundationis seu extructionis Scholæ ac aliarum Mercimoniarum Synagogæ Petricoviensis benigne collati et Majori Cancellaria emanati; per Infidelem Wulff Dawidowicz Scholarium ad ingrossandum prosecti Cujus reseriptum videatur tactis.

Actum 1750 Feria Quarta Prædie Festi Sancti Pauli Primi Eremitæ. Anno Domini. Per Officium præsens suscriptum Ad Officium Actæ præsentia personaliter veniens Infidelis Wulff Dawidowicz Infidelium Judaeorum Synagogæ Petricoviensis Scholæ, suo et totius ejusdem Synagogæ Petricoviensis nomine, obtulit Officio præsenti ad acticandum et actis præsentibus

ingro

ingrossandum Privilegium seu Confirmationem Juris ex majori Cancellaria Regni emanatum, eidem Synagogæ Petricoviensi per Sacram Regiam Majestatem benigne Collatum, Manuq. propria Sacræ Regiæ Majestatis subscriptum et approbatum, Sigillo majoris Cancellariæ Regni communitum infrascriptum de tenore ~~talis~~ sequentis. /: Inseratur :/

Oblata Privilegij Judæorum Petricov
Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ
Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Kijoviæ
Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Smolen-
sciæ, Severiæ, Czernichoviæque pro-
haeredit[illegible] Dux Saxoniæ et Princeps
Elector

Significamus præsentibus literis Nostris quo-
rum interest universis et singulis, repræsentatus
esse coram Nobis literas Extractus certi Oblata
Privilegii Serenissimi olim Ducis memoriæ
gusti Secundi Regis Poloniarum Prædecessoris et
Parentis Nostri, Denegatissimi ex Actis Cast
Capitanealibus Petricovien[illegible] de prompti Continen

in

Continentes in se Confirmacõem Privilegij Serenissimi olim Divae Memoriae ~~Augusti Secundi Regis Poloniarum Praedecessoris et Parentis Nostri Desiderantissimi et Actis Castrensibus Capitaneal'bg Petricoviensibus deprompti~~ Continentes in se Confirmacõem Privilegij Serenissimi Divae memoriae Joannis Tertij Synagogae Judaeorum Petricoviensis servientis. Sanas, salvas et illaesas omnig suspitionis nota Carentes. Supplicatum y Nobis est nomine et pro parte praefatae Synagogae Judaeorum Petricoviens ut easdem Literas Authoritate Nostra Regia approbare, confirmare et ratificare dignaremur. Quarum quidem Literarum Extractus tenor de verbo ad verbum sequitur et ty talis.

Actum in Castro Petricoviensi, Sabbatho post Dominicam Exaudi proxime. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Secundo.

Ad Officium Actag Juventia Castrensis Capitaneatus Petricoviensis personaliter veniens Jozef Delin Syndicus suo et Vestrorum quidem Synagogae Petricoviensium nomine obtulit Officio praesenti ad acti eandum et Actis praesentibus ingrossandum Privilegium datae Regiae Mtis ex Minori Cancellaria Regni

7 Wyrazy przekreślone zostały jako niepotrzebne
Jan Paweł Gos

Regni ejusdem Synagoga Petricoviensi
per Sacram Majestatem Regiam benigne allatum
manu propria Sacrae Regiae Majestatis subscriptum
et approbatum Sigilloque Minoris Cancellariae Regni
communitum infrascriptum tenoris talis. Augustus
Secundus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus
Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae,
Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae,
Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae,
Czerniechoviaeq; nec non Haereditarius
Dux Saxoniae et Princeps Elector
Significamus praesentibus Literis Nostris quorum
interest universis et singulis. Reproductas esse
coram Nobis Literas Pergamenas Polonico
idiomate Scriptas manu olim Serenissimi Jo-
annis Tertij Regis Poloniae Praedecessoris Nostri
subscriptas Sigilloq; minoris Cancellariae Re-
gni communitas, sanas, salvas et illaesas, omni
suspitionis nota carentes, Continentes in se
Reassumptionem Antiquorum Privilegiorum
Judaeis Petricoviensibus servientq;
quarum quidem Literarum de verbo ad verbum
tenor est qui sequitur talis Jam Ju-

ei

cá z Bożéj Łaski Król Polski, Wielki Xię-
że Litewski, Ruski, Pruski, Mazowiecki,
Żmudzki, Kijowski, Wołyński, Podolski,
Podlaski, Inflantski, Smoleński,
Siewierski i Czernichowski. Ozna-
mójemy tym listem Przywilejem Naszym
wszem wobec y każdemu z osobna, komu o tem
wiedzieć należy. Uważaiąc wielką dekolacyą
Miast i Miasteczek Naszych w Państwie od Pana
Boga nam powierzonym tak przez wojny, które
dawniéy zeszłe spustoszone, jako i z woli Bożkiéy
gratis antis peslilentiaq Lue, w ludzi przeszłe
przez co coraz do większéy przychodzą ruiny.
A chcąc one Prowidencyą Naszą Królewską
do dawnéy perfekcyi przywieść, aby się mogły
z handlów kupieckich ~~do dawnéy perfekcyi~~
~~przywieść~~ zapomódz ludzi takowych, którzy
w Handlach doskonałość mają, dla czego y inszy
z postronnych mieysc część z pożytkiem każde-
go Gospodarza do takowego Miasta zjeżdżać
się mogą, nakoniec dłużnemi Konserwować poczy-
tamy. A lubo Miasto Nasze Piotrków od lat
tak wielu za Antecessorów Naszych Królów Pol-
skich

3

skich spokojnie mieszkaiących Żydow w prowincyonalnym mieście teraz wolnego mieszkania z nagrodach Urodzonego Starosty Kameckiego budowania się zabawiaiących y innych kupkowych handlów y czynności iakich w innych Miastach Naszych zażywaią nie Słusznie nie dopuszczaią co było miasta być do wielkim uszczerbkiem Podatkow Rzeczypospolitéj y nie wygodą ludzi na ten czas Trybunału Koronnego zjeżdżaiących się. Tedy My chcąc się do uniesionych przez Panów Rad przy boku Naszym zostaiących Supplik i mianowicie całéj Synagogi Kameckiéj i dawna Piotrkowskiéj y za mieniu uczynionéj prośby Prawa wolnego mieszkania y handlowania wszelakich wykonywanie się sprawowania reassumować y renowować y Konsens Urodzonego Starosty Naszego Piotrkowskiego im dany na wolne mieszkanie y budowanie approbować y stwierdzić umyśliliśmy, jakoż reassumuiemy y renowuiemy, approbuiemy y stwierdzamy teraźniejszym Przywileiem Naszym. A przytym laią się do Konsensu Urodzonego Jerzego Ossolinskiego Starosty Naszego Piotrkowskiego aby im wol-

no

